

Incipiunt sermones notabiles et formales per eximium dominum
doctorem sacre theologie patrem Jacobum Cartusien domus
extra muros Erfordie vicarium de precipuis festiuitatibus ce-
lebribus per annum circulum tam de tempe quam de sanctis. auctori-
sati per dominum papam Calixtum tercium anno suo primo In octauo
uisitacionis marie gloriose virginis Anno domini. M. cccc. lv.

*Sum Monachy Sum Rhenan, ex dono
Joh. Beati Hartmann, Frey Badensis.*

Prefacio siue prehemium eiusdem fratris Jacobi in idem opus
sermonum.

Iacobus dei et domini nostri ihesu christi seculus. xii.
tribus et. Sic cepit idem amantissimus frater
domini Jacobi minor sue alpeii familiare organum
spiritus sancti luminosam ac fructuosam suam epistolam
laudis precomio dignissimam ac animarum languorum
sanatiuam. Et quis ut puto nulli aut pauci. de his quos nostra
complectitur etas. doctrine aut vite sanctitati dicti fratris
domini se audeant comparare. non tamen succensendum puto his quos quis
uis multum imparia possit enus. tamen iuxta uotorum suorum
vires aliquis licet rude ac vile in templo dei non piget offerre
Vtiq; non exigua caritate quod omnia suffert licet forte multum
impari utilitate seu resurgente subtilitate. Inherendo utique
quod uestigis priorum plurimorum doctorum quos pari modo
post priorum fulgentissima studia non puduit etiam suas in-
ter ponere partes siue in opusculis tractatorum non contem-
nendorum. siue in sermonibus edendis et alijs opulacionibus di-
uersis. quorum etiam uestigis cupere si ualere inherere. e more
Ruth moabitidis post tergum metencium spicas manuum ipsorum
fugientes colligendo. Potens est autem deus cuius solius est
dare incrementum efficere in cordibus lectorum seu auditorum.

